

STO super Dei ipsius solium ascendens! Quæ gloria coram Angelorum multitudine nuncupari glorioso titulo Victoris Mundi, & infernarum potestatum! Quod gaudium se ipsum videri in æternum immensum ab omni periculo, & videre sub pedibus suis inimicum? Quid erit ultra huic homini optandum, quid illius deerit felicitati, cum Rex Regum cum illo suam partietur felicitatem, atque potentiam? Igitur generose in terris dimittendum est, si acquirere volumus coronam victoribus in Cælo preparatas. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis suis.*

Jure Beatorem sedes Regnum vocatur; illic enim uberrimè omnibus prefruantur bonis, quibus Reges terra gaudent; potentia, honore, divitiis, delictisque, ita tamen, ut non minus interit discriminis inter conditionem Beatorem, & illum Regum potentissimorum, quam a terra distet Cælum. Itæternam Sanctorum habitatio non regnum tantummodo dicitur, sed Regnum cælestis; ut intelligamus bona, quibus illi prefruantur, excedere illa omnia terra hujus, quantum Cælum empyreum affurgit super abyffos profundas. Er sane in terra omnia exigua sunt, omnia abjecta, omnia perfectoria; cum illic sursum nihil non magnum est, non sublime, non nobile, & quod his omnibus majus est, nihil non æternum. Ne finatis oculis vestros perstringi, S. Jo: Chrysolomus dicebat, fulgore coronarum Mundi hujus; nolite mirari Regum purpuram, & aulæ magnificentiam; sed curas, que incessanter illi conmicantur, multitudinem negotiorum, quibus occupatur, & quibus requies illorum perturbatur. In divitum potius, quam in pauperum domibus, anxietas, & sollicitudines invenitur. Quotidie mortem extimefcunt; noctes ipsas infomes traddunt; & in ipso quoque pacis sine omnibus terrorum generibus agitantur. Nil tale evenit in Regno Cælorum; cælestis Jerusalem immensus est a fenestris hinc casibus, que in ædibus Regum terra fuit adeo communes. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis.*

O Cælestis Jerusalem, ubi regnat charitas, cuius figura est aurum purissimum, & crystallus nitidissima; Jerusalem, cuius cives semper tranquilli, & gaudentes, unum tantummodo cor habent, & animam unam; ad te indefinenter suspiro! Etenim inter vitæ hujus ærumnas, ubi circum falsis fratribus obidetur in populo nequam, & in mundo, qui non aliud est, quam peccatum: quid nobis majori esse potest felicitas, quam mente ascendere posse in eum locum, ubi charitas, atque tranquillitas regnant? Quandoam illic pervenire mihi dabitur; quando licebit mihi prodire ante faciem Dei! Quanta est animæ dulcedo, & voluptas amare Deum, illum videre, & ab illo videri oculis propositis, ita ut ille in hac, & hac in illo permaneat! Fateor equidem Sancta Civitas! extremam esse temeritatem hominis, qui adhuc est terra, & cinis, affurgere velle usque ad te; & majorem adhuc, minaque excusatione dignam animæ peccatricis velle in æternum cum suo Creatore conjugii, eodem in ipsius gloria gaudere: sed spero me ab illius misericordia consequatur veniam scelerum omnium per merita illius, qui Patrem suum orare dignatus est, ut omnes homines simul unum essent; & sicuti Pater in Filio est, & vicissim in Patre filius; ita nos unum simul in Patre, & in Filio. *Idem.*

O si scirem quantum est gloria, & quodnam gaudium, quo Dei Filii servos suos in omnem æternitatem cumularatus est! Si hoc didicissemus; magno fervore plenos nosmetipsos sentiremus; & quæcumque nobis esse offerret difficultas, tenderemus ad felicitatem nosmet laboribus conficiendi in illius servitute: Si ad nos accederet pauper, opem in egestate sua impertratus: tantum abeset, quod indignabundo oculo illum respiceremus, ut immo summa cum charitate amplecteremur illum; eique tamquam fratri subveniremus; atque recordaremur verborum Salvatoris! *quod uni ex minimis meis feceritis; mihi feceritis.* ... Sed quidquid hoc JESU CHRISTI verbum significet, Herus dicente servus suis, ut secum mensæ accumbant? Nobis invenire vult, futurum ut hi servi, qui admitti fuerint in domum Patris Cælestis, prefrui possint tuiffime bonis omnibus, quibus domus illa repleta est. Nemo enim dolo, vel vi illos perturbare poterit in ea possessione, in qua fuerint constituti. Cum vero addit Dominum postquam se succinxerit illis inseruiturum, & modo huc, modo illuc

Dicitur Regnum quia Beati ibi fruuntur omnibus bonis Regum terræ, sed cum perfectione in æternum datur.

Desiderium possidendi Sanctorum felicitatem.

Bona, quibus Beati in Cælo fruuntur.

discursurum, hoc significat, illum ubique adfaturum, ipsum etiam caput futurum convivii, quandoquidem ille est panis vivus, & fons aquæ vivæ, & absconditum illud manna, quod nemo agnoscit, nisi qui eodem signatur. Salvator in hac Patria sui cælestis domo, sese omnibus offert, esse omnibus tradit; ille omnibus ministrat carnem, quæ replet, non onerat, quæ satiat, & nauseam non creat. *Idem.*

Licet etiam post vitæ hujus mortalis curriculum horribilia nobis intententur mala, solus timor videndi nobis in æternum interclusum aditum in domum Dei, nobisque negatas inefabiles delicias, quibus illa repleta est, nonne efficere debet, ut nihil inausum relinquamus, ut nos dignos præbeamus, qui illuc ingrediamur, quamvis porta longe esset arctior, & angustior, quam est, quamvis non per spinas tantum, verum etiam per flammam via nobismet esset facienda? Utinam in hac presenti vita cognosceremus quanta infelicitas fit æterna beatitudine carere! Hoc aliquando agnoscerimus, sed nimis sero, & cum nulla nobis erit ultra spes eo perveniendi. Tunc frustra dolebimus ob iacturam tanti boni, & similes virginibus fatuis, que in convivale aulam non fuerunt admiffa, frustra ad ostium pullabimus atque clamabimus: *Dominus Domine aperi nobis, nobis enim, ut illis respondebit: Amen dico vobis, nescio vos.* Agamus ergo in presentiarum dignos fructus penitentiae, si cursum pervenire aliquando ad beatitudinem, & felicitatem Sanctorum: ne vitam transigentes in voluptatibus, atque deliciis, ut qui Mundo obsequuntur, quin ne pedem quidem Cælum versus moveamus, in morte non inveniamus clausum ostium sine spe futurum, ut in æternum illic ingredi valeamus. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis.*

Primum, ac præstantissimum bonum, quo Sancti in cælesti sede prefruantur, erit amor ardens erga Deum, & Proximum propter Deum: amor constant, & qui æque, ac Deus in æternum perseverabit. Amor rebus amabilibus quotidie recentis addit illecebras, ac nova ornamenta. Amantia ea, quæ amantur ad ipso perfecte pulchra, & perfecte bona videntur. Sunt etiam, quos amor ita excæcat, ut turpibus, atque nauseis aferentibus personis adhaereat, quin divites possint unquam, quidquid ipsi dicatur, ut eorum vitia, ac turpitudinem norint. Quæ igitur voluptas, quæ suavitatis erit Sanctis videre Deum, ac sese invicem inveniri; quid simul vivere unum dumtaxat cor, animamque unam habentes; in sublimi gradu possidentes, quidquid illos amabiles potest efficere, ac certo scientes fore ut nihil eos poterit separare. ... Aliud bonum, quo beati ipsi prefruantur immutabilis est pax, & tranquillitas; ita ut nihil illos perturbabit, semperque erunt magis contenti ac saturi deliciarum, citra tamen quodvis fastidium. Nunc nemo est, qui iuxta conditionem suam non patitur aliquid, qui de forte sua non conqueratur, & qui multa non cupiat, quæ obtinere non potest. Hinc fit, quod Mundus diffidit hominibus inquietis, famelicis, querulis, & quibus vitæ suæ peractum est. Neque mirum esse debet; quia cor humanum non nisi infinito, æternoque bono repleti potest. Quis ignorat omnibus creatis rebus suos esse terminos, & diutius permanere non posse? Quænam ergo esse debet lætitia eo in statu, & loco positi, ubi nihil unquam illi erit optandum, nihil metuendum, nihil requirendum; quia semper voti sui compos futurus est! O pax summa, quam sensus assequi nequeunt, quam mundus dare non potest, & quæ in sola Cælesti Jerusalem invenitur. Ad te suspiramus in loco diffusionis, & belli, cum nobis plane persuasum sit, nos nunc quam verâ pace prefruitur nisi fuerimus ex numero beatorum filiorum tuorum. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis.*

Rerum præteritarum memoria ineffabili gaudio, & magna consolatione Beatos afficit. Non enim poterunt sine summa oblatione mente secum reputare, hinc quidem infinita bona, quæ sibi a Deo concessa fuerunt, tum in iis, quæ ad corpus, cum in iis, quæ ad animam pertinent; inde vero pericula fere assidua, quibus ab eodem liberati fuerunt, omnibus temporibus, omnibus in occasionibus, ac statibus vitæ suæ. Poterunt cogitare quæ bonitate illos Deus a mortali peccato, ac penis inferni præservaverit tot in circumstantiis, in quibus præsto erant, ut laborerent? Poterunt hæc recogitare, quin illi immortales gratias agant? Sed

Solus timor adfaturum Dei officere debet ut omnia agrediamur, & sustineamus ad eum possidendum.

Matth. 23. Magnificentia cælestis. S. August. de liber. arbit. 2. 2.

Amor constant, pax immutabilis duo sunt magna bona beatorum.

Memoria periculorum Mundi hujus erit glorie incrementum Beati in Cælo.

nonne æternum id cogitant? Nonne omnibus feculis hoc illis erit perenne lætitiæ argumentum? Si hæc oblivioni tradere possent, nunquid exclamaret Propheta: *Miserericordias Domini in æternum cantabo.* & S. Augustinus dicere posset, in Civitate Dei nihil unquam futurum hoc Cantico, nihil quod magis commendat gratiam Filii Dei nostri Redemptoris? Sed præterea quid dicemus de temporum vicissitudine, quæ semper eorum mentis, ac spiritui obversatur? Nonne illis in beatifica visione jucundum erit videre in Deo, quidquid hæctenus in Mundo contigit? tot varios eventus, quos Divina providentia operata fuerit, vel miserit, quos illa opportune ad suos fines direxit? Nonne hic ille est fluminis impetus, de quo loquitur David; *Fluminis impetus lætificat Crotam Dei?* Possuntne sæculi hujus vices melius exhiberi, quam per fluxum hunc, cuius impetus pernicissimus est, & nunquam subsistet, donec sese exoneret in mare magnum æternitatis? *Card. Bellarminus in Opusculis suis.*

Psal. 45.

Omnis Mundi hujus umbra quidem est Magnificentia cælestis. S. August. de liber. arbit. 2. 2.

Licet terra bona esset æterna comparanda non esset cum minima licet fluxa Cæli voluptate.

Psal. 16.

Quo in sentia Sal. vator fidelis servos invitavit, ut in Domini gaudium ingrediantur.

In Sancti Fulgentii vita narratur, cum aliquando vidisset Romæ magnificentiam, splendorem, & Majestatem Senatus, exclamasse: Quam fulgere debet Jerusalem cælestis, si sic fulget Roma terrestris, & si tantum honoris deferatur hominibus vanitatis amatoribus, quinam honor deferendus est Sanctis veritatem contemplantibus? Quæramus ex S. Augustino quid ipse hæc in re sentiat. Homo hic adeo Sapiens, & perspicax audeat asserere sine ulla comparatione magis optandum esse diei unius intervallo cælestibus deliciis frui, quam decies centenis annorum millibus frui bonis hujus terræ. Hæc illius verba sunt: *Æternæ lucis adspetus ita jucundus est, ut licet uno tantum die nobis illo frui liceat, bonum hoc omnibus Mundi deliciis esset præferendum, atque computandum temporarium bonorum omnium iactura, licet plurimis sæculis hæc nobis esset possidenda.* Si Sanctus ipse Doctor verum dicit, quod dubitandum non est, nonne tempus est tandem aliquando errores sæculi abiciendi? Credidimus hæctenus terræ hujus bona esse contentenda quia fluxa, fragilliaque sunt; & requiem cælestia, quia æterna: Sed Sanctus hic Pater longius procedit, quoniam ait, licet terrena hæc essent æterna, fluxa vero cælestia, nobis tamen hæctenus non esse, quominus fluxa hæc æternis illis essent præferenda. *Idem.*

Pingamus omnes divitias, omnes honores, omnesque vitæ hujus felicitates, omnem Salomonis gloriam, omniaque gaudia eorum, qui fuerunt, ac futuri sunt felices usque ad finem sæculorum; supponamus etiam hæc omnia bona acquiri posse sine labore, ac sine timore servari; & eos, qui iis prefruantur nunquam in posterum peccaturos, neque morituros, quamvis absolute loquendo nequam esse possint a peccatis, & a morte alieni: hic procul dubio status esse felicissimus quod mortalis homo concupiscere possit: hoc tamen nihil est, si comparatur cum pretio Cælestium bonorum. Et constat ratio: quoniam cum in his omnibus nihil sit non suis finibus circumscriptum, cor humanum, quod non nisi infinito bono repleti potest, ibi votorum suorum complementum invenire non potest. Quamobrem semper verum est dicere, quod S. Augustinus adfert in principio suarum Confessionum, Deum scisse nos propter se, & cor nostrum inquietum esse, donec in eo requiescat. Hæc etiam de causa Regius Pfalter dicebat. *Satiabor Domine, cum aperueris gloria tua.* Sed cor inquietum, assidueque desideris agitur, non nisi miserum esse potest; & si miserum, nequit esse beatum. *Idem.*

Dei Filii prædestinatos ad gloriam invitans, non dicit, gaudium intrer in cor tuum, sed intra in gaudium Domini tui, ut ostendat gaudium hoc tantum esse, ut in humano corde contineri minime possit. Intrabimus in Dei gaudium, atque submergemur illo, tamquam mari fundo carente. Omnes animæ nostræ interiores, exterioreque facultates ita gaudio replete erunt, & in eodem immerse, ut tristitia nullam ibi sit locum habitura. Intra in gaudium, sed quale gaudium? Nullum exprimitur; non dicitur in hoc, vel illud, sed simpliciter in gaudium, in plenitudinem dulcedinum omnigenarum, deliciarum, voluptatum. In gaudium non hominum, non Angelorum, sed Domini, videlicet in cumulum, & oceanum omnium deliciarum, quæ quæ possunt. Hæc tamen, o Christiane, ingredieris, si fidelis servus fueris ibi æterna prefructus felicitate, quæ prorsus

sus sensus tuos superabit, & quam nulla mens comprehendit, & nullum humanum os hæctenus exprimere potuit. *Idem.*

S. Joannes nobis exhibet cælestis Regnum sub imagine amplissima civitatis, cuius moenia ex iaspide constructa sunt, domus ex auro purissimo edificata, & fundamenta ex variis lapidibus pretiosis posita. Hoc tamen intelligendum non est, quasi cælestis Jerusalem re ipsa edificata, vel circumamicta, vel locupletata sit his lapillis atque metallis, quæ tanti sunt apud homines: sed Spiritus Sanctus, ut sese accommodet nostris conceptibus, qui humiles sunt, ac rudes, ita loquitur, quia hic in terris nihil videmus aliquid nitidius, atque pretiosius. Non ambigimus tamen, quominus longe majus sit discrimen pulchritudinis, & divitiarum inter Sanctam Civitatem, quæ sedes est Electorum Dei, & superbissimas urbes, quam quod esset inter civitatem ex auro edificatam, atque adamantibus, & pistorum mapalia ex luto, paleisque confecta. Attollamus igitur oculos in cælum, & cogitemus cuius pretii esse debeant bona, quæ ibi sunt, quia quidquid nobis pretiosissimum in terra est, nihil est si cum illis conferatur; præterquam quod aurum nostrum, argentum, pretiosique lapides, quæ sunt nostræ divitiæ, paulatim usque atteruntur, ac temporis lapsu dilabuntur; sed cæli bona incorruptibilia sunt, & nunquam intereunt. *Cardinalis Bellarminus in Opusculis.*

Quid est Paradisus? Cæcus est omnium bonorum, quæ pertentare possunt cor humanum licet in desideriis suis infinitum. Opus est omnipotentis, ac liberalitatis Dei, pretium Sanguinis JESU CHRISTI, possessio Dei ipsius. Felicitas tanta, ut quamvis ad illam obtinendam omnia Martyrum supplicia essent perferenda: omnes isti cruciatus nihil essent collati cum eximio hoc bono, quemadmodum per hæc verba testatur Apostolus: *Non sunt condigne passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Ita propter hanc causam Apostolus idem, qui ad tertium raptus Cælum viderat radium gloriæ hujus, testatur, oculum nunquam vidisse, autem nunquam audivisse, mentem hominis nunquam assecutum esse bona, quæ preparavit Deus diligentibus se. In eo deliciarum loco, nulli erunt gemitus, non dolor, non ægritudo, non morbi, non amaritudo: e contra nihil erit nisi gaudium, voluptas, dulcedo, quies, consolatio; & felix hic status æternus erit, qui aliquid nos in tranquilla summi hujus boni possessione valeat perturbare. Donec Deus erit Deus, fruemur eadem beatitate, quæ ipse fruitur; quia videbimus illum, sicuti est in seipso. *Similes ei erit. Considerationes Christianæ.*

Tanta Felicitas, quanta beati prefruantur in Cælo omnes curas omnemque attentionem meretur; nobisque nihil intentatum prætermittendum est, ut illam acquiramus. Quid non facimus singulis diebus, ut in mundo crescamus, & locupletemur? Spes lucelli alicujus efficit, ut maria percurramus; & extremas terrarum oras legamus; sexcentos labores exhauriamus. Quid non agit miles? Sæpe dies, noctesque ducit infomes, sexcentis se periculis obicit, aeris, tempestatumque furentium inclementiam prefert; itaque pro fluxa gloria, pro bonis fragilibus, atque perituris, quibus non nisi aliquot annos frui potest, & quæ mors ingratis illi debet eripere: *Et illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam:* nos autem æternum bonum, immortalem gloriam adepturi longe minores pœnas pati detrectabimus præ illis, quas Mundi sectatores quotidie patiuntur. Quæ vero a nobis expetit Deus Cælum concessurus, toto Cælo minorâ illis sunt, quæ ad fortunas nostras promovendas sustinemus. Tandem enim quid opus est? Deus a vobis exigit, ut vobis vim faciatis, ne proferatis obscœnum illud verbum, quod illi displicere notis, ut recedatis ab illa societate, quam vobis toties funestam fuisse meministis, & a qua per mortem ipse vos licet invitos separabit, & fortasse opinione vestra celerius, ut a nefaria illa voluptate abstineatis, quæ licet fluxa, vos æternum damnabit. A vobis exigit, ut vobis sit plus pietatis, modestiæ, curæ in iis que ad religionem pertinent, quam in consuetis operibus vestris. Hæc a vobis exigit Deus, & dummodo faciatis illa, æternam vobis beatitudinem pollicetur; ipse erit merces vestra magna nimis: *Hæc fac, & vivetis. Luc. 10. Ibi dem.*

Quare Scriptura nobis Cælum exhibet beat sub imagine urbis ex auro, iaspide, & pretiosis edificata.

Quid sit Paradisus.

ad Rom. 8.

Joan. 1.

Terpe est Christiane facere adeo parum pro Cælo, cum vitium sacrificet pro fragilibus bonis.

1. ad Cor. 9.

Caelum cogitare desiderium nostrum.

lis est: sed facillime comprehenditur negligentia plurimorum Fidelium nullo in discrimine habentium aeternam hanc felicitatem? Creati, ut aeternum bonorum omnium fonte perfuerantur: Caelo nati, ad aeternam beatitudinem evocati; Coelestis Patris cives cum sint, quodnam esse deberet Sanctae ipsorum ambitionis obiectum? quoniam ipsorum esse deberent vota, quoniam sollicitudines, ut tandem in hanc Sanctorum civitatem, coelestem hanc patriam ingrederentur. Exules super terram, deberent in pretio illius habere fluxa bona, & fragilia? Num fallacem illius gustare dulcedinem? Num amare sedem tantae amaritudinis plenam? Num jugiter languere in regione lacrymarum, & incessanter liberationem suam concupiscere? Quomodo invidenda illis esset eorum fors, quos vident suo defunctos exilio? Numquid vitae hujus adversa ab illis spectanda essent tamquam mala? an potius tamquam destructio carceris sui; & paupertas tamquam imminutio vinculorum suorum? Ita cogitarunt, ratiocinatus sunt, operati sunt omnes Sancti: Num cogitamus, ratiocinamur, operamur eodem modo? Bone Deus! quoniam est insania nostra, quoniam humani cordis perturbatio? Quot tenebris repletum est! quotidie nobismetipsis multiplicamus vitia, quibus terrae inharemus. Mundus licet ingratus, licet injustus, licet durus, quotidie videt servorum suorum numerum augeri. Non aestimamus, non amamus, non requirimus, nisi quod nos a Caeli via deterreret; terrena dumtaxat nobis sapient, licet in illis amaritudinem inveniamus. Mors, sola mortis cogitatio nos terret, illius imago sola nobis formidinem injicit. O Religio, o ratio! Quem ipsi facimus hodie nostrorum luminum ultimum? Christiani nonne hodierna die sunt aequi ingrati, aequi irrationabiles, aequi noxii, ac Israelitis illi, qui contemnebant beatam regionem istam, quae illis destinata fuerat, & quae adeo digna erat desiderii eorum: & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, & desuperunt terram illam lacte, & melle manantem, quam Deus illis promiserat. Heu! ambrosii fumus, ardentis fortunae nostras augere desideramus; sed quoniam obiectum, o Deus, dignus est anima magna, aptiusque ad repanda omnia cordis nostri desideria, quam Caelum? & quae major nobis speranda fortuna? Non aliud Domine, testor, atque profiteor, nisi Caelum, concupiscam. Fac Domine, ut per gratiam tuam me eodem non indignum ultra me praebam, Pater Croiset ibidem.

Sanctitas sola nobis permanentem habitationem, & ab omnibus periculis immunem operat procurare. Habitatio haec longissime terram superat, ideoque secura est ab omnibus tempestatibus, immunis ab omnibus vicissitudinibus, & a morte ipsa libera. Coelestis Jerusalem tu nostra patria es, terra exilii nostri. Ibi non erit stertus, neque luctus. Hic solus est locus, quo procellae pervadere nequeunt, unde exulant lacrymae, & ejulatus. Beata civitas vacua his rebus omnibus, quae timorem, luctumque afferunt hominibus! Mirum est, quod nosmet ipsos adeo amantes, sicuti amamus, non ideo tamen incessanter ad beatam hanc sedem contendimus! Mirum est, quod aliam fortunam ambimus! Dolor, moeror, morbus, metus, sollicitudo, anxietas; haec omnia exulant a beatorum sede: nil molestum ad Sanctam illam civitatem accedit. Purum plenumque gaudium, pax immutabilis in Coelesti hac Jerusalem regnat, & civitas haec nostra esse debet habitatio. Quis in terra intelligere potest delicias ineffabiles, quas electi in Caelo gustant? Nos vero non omnes curas impendimus, ut tantam felicitatem mereamur! Non desunt nobis adminicula, viam scimus; sequamur satis est iter, quod Sancti nobis ostenderunt; & aliud omnino iter ingredimur? Idem.

Ineffabile hoc iustorum gaudium in Caelo, non secus ac possessio Dei illam producentis ab Apostolo aeternum gloriae pondus vocatur. Cur hoc? Potestne gloria iustorum illis gravis fieri, & onerosa? Nequaquam post feculorum myriades, beatitudo sua illis recens videbitur; sed quia voluptates, quas complectitur, tantae sunt, ut homo suis viribus traditus illas sustinere non possit, ac certissime illis videtur succumberet. Fortasse Apostolus etiam gloriam vocat pondus, quia trahit ad se beatos, omniumque facultatum eorumdem potitur. Quandoquidem, Deus, ego quoque suavissimam vim hanc experiar? Pater Segneri in Medit.

Caeli ha-

tudo, quae nobis in Mundo destinata est, non debet nobis spem injicere fore ut sine labore illuc pervenire possimus. Haec enim beatitudo non est solus, sed similis terrenis hereditatibus, quae illis, ut plurimum cedunt, qui minus illas fuere promeriti; qui eas sibi minime procuraverunt, & qui id ne cogitarunt quidem. Beatitudo haec ut possideatur est promerenda. JESUS CHRISTUS licet Dei Filius per naturam, non nisi per passionem, atque tribulationes ingredi potuit in gloriam suam: Oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam. Nos vero, qui non nisi per adoptionem Filii sumus Dei, Caelum nullis sumptibus nobismet comparare posse poterimus. Si regnare volumus cum JESU CHRISTO, ecce conditionem ad id maxime necessariam; cum illo pati debemus. Si tamen comparatur, ut & conglorificemur. Idem.

Merces fidelitati vestrae in Dei cultu promissa est Caeli possessio. Illa viventium terra haereditas tua est; & si iustus es, jam ad illam vis obines solide constitutum; sed illius praesertito tibi non permittetur, nisi felici eo die, quo Dominus te servum fidelem profitebitur. Euge serve bone, & fidelis. Caelum nostra haereditas est, ita tamen ut numquam admittamur, nisi aetate illud meriti fuerimus; & Testamentum, quod Pater coelestis signavit, non nisi hac posita conditione adimpletur. Ut igitur in morte possessionem adeamus bonorum, quae nobis destinavit, opus est, ut donec vivimus cultui ipsius servemus, & omnia super terram facrificemus, ut divinis ejusdem voluntatibus pareamus. Haereditas Regni sui non nisi hoc pretio illud assequi possunt. Terra Chanaan filii Israel fuerat promissa; haec erat patrum suorum haereditas; attamen quot ex eorum numero propter infidelitatem suam illud pedem inferre non valuerunt? Duo-bus tantum Josue, & Caleb contigit illuc ingredi, reliquis vero subrogavit Deus haereditas, qui imperiis suis essent obedientiores. Igitur immoti permanentes in observantia legis Domini, si fieri volumus haereditatis ejus participes. Idem.

Sanctorum gloria in Scripturis merces, corona, & haereditas appellatur; quia tamquam merces supponit laborem, tamquam corona supponit certamen, tamquam haereditas supponit ius legitimum successione. Sed videtur JESUS CHRISTUS in eo immortari peculiariter, ut nobis proponat hanc gloriam, sub imagine generali mercedis. Quare vult Deus nobis in animo imprimere, quam certa nobis sit gloria, quam offert si fecerimus id, quod a nobis exigit ut illam mereamur. Mercedis enim titulus illam proponit maxime est obligationis. Deus nobis vitam aeternam pollicetur est, inquit Apostolus, qui fallere non potest: Quam promissam, qui non mentitur, Deus. Cur igitur dubitatis adhaere fideles pro coelesti gloria labores vestros impendere: merces haec vobis deesse non potest, si vosmet dignos praebere vultis. Sed quam Mercedem? Cognoscite quanti valeat, neque sitis insipientes, ut illam negligatis. Pater Segneri in Meditationibus.

Merces haec, quam Deus nobis proposuit, super-effluens est. Iusti certo sciunt, non solum Deum illos esse remuneraturum, sed hoc, uti Deum decet, praestitutum. Ego ipse merces ero vestra, inquit ille discipulis suis; vobisque dabo me ipsum. Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis. Quid sunt omnes hominis mortalis labores, ut eorum fructus sit supremi boni possessio? Quoniam pretio te ipsum tradis, Domine! possidere te, gaudere te, & id propter aliquot tribulationes, quarum meritum est tunc ipsius liberalitatis. Idem.

Merces nostra est aeterna; nobis preparatur in Caelo, & in Caelo omnia fixa sunt, & immutabilia. Praemia, quae humana servitus nobis producit in terra, obnoxia sunt invidiae, atque impotentiae: bona sunt, quae tempus absumit, & quae velis, nolis, tandem una cum vita relinquenda sunt. Sed in Caelo fructus servitutis nostrae in tuto est, nihilque timet vel ab hominibus, vel a corruptione, illum gustabimus, quin timeamus, ut nobis eripiantur, & voluptas, quae diffuensum illum gustantes, semper erit nova. Latamini igitur iusti, sed gaudium vestrum sit ita magnum, ut extrinsecus niteat; id enim quod vobis proponitur tamquam fructus laborum vestrorum merces est, ideoque vobis negari non potest. Merces haec est infinita, in summi boni possessione sita est: Merces est aeterna: in Caelo est, ubi nihil mutari potest. Non lon-

reditas non generis merito se-guitur.

Contenden-dum est in Caelum ingrediamur.

Ejusdem arguunt continuan-tio.

Matth. 5.

Verus Christia-nus agnos-cit pretii coronam si-bi desinat.

Quoniam sui deliciae habitatio-nis Sancto-rum.

Apr. 14.

ad Tit. 1.7.

Sanctorum merces longae praesentiae meritis eorum.

Gen. 15. 1.

Merces haec in Caelo est ubi nihil mutabile.

Contenden-dum est in Caelum ingrediamur.

Verus Christia-nus agnos-cit pretii coronam si-bi desinat.

x. Terr. 54.

Quoniam sui deliciae habitatio-nis Sancto-rum.

Apr. 14.

ad Tit. 1.7.

Sanctorum merces longae praesentiae meritis eorum.

Apr. 14.

ad Tit. 1.7.

Sanctorum merces longae praesentiae meritis eorum.

Gen. 15. 1.

Merces haec in Caelo est ubi nihil mutabile.

longe abest; quotidie oculis vestris obicitur, vobisque ostenditur; ad visum ad illam recipiendam disponatis; jam jam manu illam attingitis. Obliviscimini eorum, quae retro sunt, & breve illud spatium, quod superest, ut ad hunc beatum finem perveniatis, vos consolatur, atque excitet. Idem.

In Caelum ingredi non est adeo facile, ut plurimi arbitrantur; ad id contentione opus est: Contendite, JESUS CHRISTUS ait, Certandum est, & certamen hoc eo gravior est, quia nobismetipsis inferendum est. In Caelum non alia ducit via, nisi angusta mortificationis, humilitatis, obedientiae, mentis quidem aqua videtur, & necessaria; quandoquidem ipse etiam JESUS CHRISTUS eo per eandem pervenit. Sed hic fermo infinite durus videtur carni, eumque intelligere nequit. Ita homo in hominem rebellat, animum despondet, abscipitque spem. Attamen nulla illius ratio est habenda: de omnibus rebus nobis agitur; agitur de aeternitate. Beatus in omnem aeternitatem, si in Caelum ingrediatur; Miser in omnem aeternitatem, si excludatur. Quid mihi audendum non est? quid non sustinendum? Quot conatus exerendi, ut intrare contendam? Contendite intrare. Pater Segneri in Meditationibus.

Qualis honor Christiano viro pro relatis victoriis accipere coronam vitae, quam illius capiti imponet ipse Deus. Accipite coronam vitae. Qui merent stipendia in exercitu Principum hujus terrae, non cunctantur sele obijcere periculum ob fragilem, fluxamque mercedem; satis praecuram periculum, laborumque suorum pretium se consecutos putant, ubi adepti sunt coronam quae brevi succedit, & quam cito mors ex eorum capite revellit, eorum tumulis affigendam, ubi sit non minus infirmitatis eorum, quam virtutis monumentum. Sic Christianus, qui sub JESU CHRISTI vexillis militat, qui videt oculis fidei mercedem sibi paratam, ambigeret potest, utrum aliquot praemia sumat inaequabilem coronam gloriae consequatur? Idem.

In Caelis adest aeternitas beata pro Justis: illic sentient, se veluti trahi tranquillo summe pacis, & gaudii, & in parvisimis meritis delictis, numquam finem invenient. Felicitas erit semper eadem, & semper tamen recens videbitur. Sancti, S. Joannes ait, cantabant quasi canticum novum. Canticum hoc, quod Sancti jugiter concinunt in Dei gloriam semper novum est; etenim per excessum amoris, quo rapiuntur, credunt se, quotiescumque illud repetunt, tunc primum illud cantare. O inauditum miraculum! felicitas, quae placet semper, quae semper replet, & nunquam parit fatigantiam! Ne de hac re iudicium feramus ex illa experientia, & sensu, quem ex mundi huius voluptatibus percipimus. Pulcherrima spectacula, magnificentissima convivia, omnia nobis nascentem creat, omnia nos fastidio auiciunt; sed obiectum, quod aliquando nostram efficere debet beatitudinem, aeternum duraturis diffuit deliciis. Idem.

O gloriam vere solidam Electorum Dei! Gloriam, cujus nisior perfundior non est, gloriam stabilem, atque aeternam! gloriam, quae non continetur in exiguo rudium, invidiorumque hominum numero, sed quae tot testes habebit, quot erunt cives in Coelesti Jerusalem, gloriam, quae non sita est in inutili, ac temeraria, illorum approbatione, qui nos minime norunt, & ne seipsos quidem agnoscunt, sed posita est in laetitia innumerabilium animarum sanctorum, quae inveniuntur cordium nostrorum penetrata in lumine veritatis. Sermo, quo ostenditur quam periculosa sint hominum sollicitudo.

Quis, Domine, in terra positus cognoscere potest ineffabiles dulcedines, quibus Electi in Caelo perfruantur? Illic non solum habentur omnia, quae desiderantur, verum etiam omnia, quae opus sunt, ne quid amplius sit desiderandum. Cor plenum est; anima satur est. Torrens est, Oceanus est purissimarum deliciarum, quibus Beati inebriantur. Haec non tantum sunt omnia simul bona, sed fons etiam bonorum omnium, est omnipotentia Dei, est possessio Dei ipsius, quae incomprehensibilem hanc efficit felicitatem: proprie loquendo Domini gloria non ingrediatur in cor sanctorum; spatium hoc nimis est angustum, neque satis illi gustare possent torrentem deliciarum; sed animae Sanctorum ingrediuntur, & immerguntur,

ut ita dicam, in Domini gaudium; nobisque infirma dumtaxat desideria sunt pro hac felicitate, quae omni caret mensura. Pater Croiset, in Affectibus Exercitationibus.

Sanctorum Merces omni mensura caret; sublimis est; aeterna est. Mensura caret; hoc est, infinita excedit, quodquid ad eam promerendam facere possumus; nam licet Dominus reddere debeat singulis in Caelo secundum opera eorum, non ideo credendum est, nobis in Caelo tantum futurum esse gaudium, quantum in terris meritorium habuerimus: praesentes tribulationes nihil sunt, ubi cum gaudiis futuris comparantur; verum eo magis, minisque erimus inestabilium horum bonorum participes, prout magis, minisque passi fuerimus. Sublimis est ista merces, hoc est non consistit in fluxu, fragilibusque bonis, qualia sunt super terram, sed in immutabili felicitate, ubi homo supra mortalem sublatus nullis malis obnoxius est: Suffollam te super altitudines terrae. Denique aeterna est, videlicet postquam brevi afflicti fuerimus; nunquam gaudium nostrum cessabit. Gaudium superabundans! gaudium purum, & immutabile! gaudium aeternum! Quoniam mihi solati causa inter omnes dolores, quae mortali huius vitae penitus inhareant! Pater Segneri in Meditationibus.

Beati in Caelo possident omnia, quae fingi possunt bona, non successively quidem, sed omnia simul; quibus ad felicitatis cumulum adde, illos hac possidere sine anxietate, & illis eripi nequam posse, neque eorum praesertito in discrimen vocari. Ad haec coelestium bonorum perceptio omnino differt a possessione bonorum terrae hujus, quae non nisi imperfecte possidentur, seu quia sensus male affecti sunt, seu quia spiritus molestus est cogitationibus perturbatus: sed Sanctorum beatitudo semper est integra, & sine impedimento; laetitia, quam parit, usque ad penitentiem animae partem penetrat, efficitque ut illa omnem suam sentiat dulcedinem. Nullus ibi permittitur labor, aut tumultus; anima enim semper parata est ad gaudendum, & obiectum suum illi semper est praesens. Hanc ob causam insignis quidam Philosophus dicebat, aeternitate vitam esse plenam sine rei alicuius mortalis mixtura. Hoc non nisi in Caelo reperitur, ubi nil moritur eorum, quae hic mori possunt, & ubi Sancti ejus vite possessione latantur, quae nullum habent finem, beatitudine omnibus numeris absoluta, beata aeternitate, die stabili, in quo continentur omnes dies, omnes anni, omnia saecula; & generantur omnia tempora, vel ut dicam melius, die stabili, qui omnia tempora excedit. Ex Tractatu de discrimine inter temporis, atque aeternitatem. Pater Segneri in Meditationibus.

Corona haec, quam vos Dominus monet ut ab impetu, & insidiis inimicorum vestrorum aeternam, coelestis est gloria. Ne dubitatis quominus haec futura sit merces laborum vestrorum; si tamquam milites strenui pugnaveritis; JESU CHRISTI promissiones vobis vadamini loco sunt. Ipse Caelorum possessionem adit suo, eorumque omnium nomine, quibus sub vexillis ejus decertandum, & moriendum est. Quid igitur efficere poterit, ut remittatis labores vestros, & in virtutis via gradum inhibeatis? Jam palme propiores ostis; alii qui tantum superfluum exerendi conatus, Regnum Dei prope est; adhuc aliquot praesertito momenta, & jam tenetis coronam. Ita S. Paulus mercedem proximam considerans se ipsum ad perseverantiam excitabat; & ante illum Sanctus vir Job, cujus sensus exscribere videtur Apostolus. Nunc proprio Rom. 13. est nostra salus, quam cum credidimus, inquit ille. Ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorum Dei expectantes, redemptionem corporis nostri: Spe enim salvi facti sumus. Prospiciamus cum sanctis hinc viris certam spem pretii nostrorum certaminum, quasi jam illud posideremus: etenim re ipsa vita est quasi punctum vix percipibile, si cum aeternitate conferatur. Pater Segneri in Meditationibus.

Quam pulchra habitatio est Caelum, quandoquidem Domus Domini est! Quo potentior est domus se- Princeps, eo magnificentior esse debet Domus, in qua habitat. Quoniam vero domus confertur postquam cum domo Regis Regum omnium? Hae una est, ubi simul collecta inveniuntur quaeque domum efficiunt completam: magnitudo, decor, opulenta, elegantia. Paradisi Magnitudo: O Israel! quam

Merces Sanctorum est sine mensura sublimis, est aequae aeternae.

Sanctorum in Caelo felicitas.

Sanctorum in Caelo felicitas.

Corona, quam nobis proponit Deus, nobis immittere debet fortissimum auxilium: hinc habet factandam

Domini domus se- Princeps, in qua habitat.

Baruch. 3. 24.

ius domus gloriæ, & celestis huius mansio-

namenta, quibus luxur, & hominum vanitas sum-

Nulla re magis afficiuntur Beati quam cogitatione sibi a Deo tradita

Nulla re Beatorum cor magis afficietur, attentiusque præbentur considerationi divinæ in se largitatis, quam cognitione ab ipso in Cælestis quæzita mysterii incomprehensibilis, prædestinationis, quæ singularem per omnes circumstantias illi manifestabitur. Quænam illi erit consolationis causa, ubi intuebitur opus admirabile salutis suæ inceptum, absolutamque tantæ divinæ Sapientie suavitate, ac vi; cui nihil restitit, & de quo non nisi cum stupore Salomon verba facit? quippe per secreta divinæ providentiæ consilia hic misericordiarum Patris certissime adducit Electos suos ad eum gratiæ gloriæque apicem, quem illis destinavit, quin vix faciat ipsorum libertati. Verum etiam quodnam admirationis, ac stuporis argumentum prædestinationis videre in æternis lux salutis ordinibus, & in admirabili nexu gratiarum, quibus usus est Deus, ut illum ad se traheret; videre, inquam, via etiam errata, & crimina in sanctificationis suæ opera adhibita; cum vero intelligit, supremam hanc Dei sapientiam ex erroribus suis elucisse media, per quæ in virtutis viam reverteretur; per procellas se in portum adductum fuisse, & per ipsum peccati vulnus fuisse curatum? Quænam beatitudinis omnem singillatim intueri ordinem supremum æternorum consiliorum, ut ibi deprehendat suæ prædestinationis opus, & debeat in propria miseria suæ felicitatis originem? Quæ voluptas! quænam admirationis causa secundum Domini sui consilia se per proprias imperfectiones, & ærumnas elevatum videre? Imperfectiones optabiles, ac salutaris homini, quibus usus est Deus ad ponendum eius beatitudinis fundamentum, quam designat illi. P. Rapin in vita Prædestinationum.

Detegitur in celo veritas rerum omnium quod summam pariet beatorum letitiam.

In Cælo tantum sperare possumus nos inventuros veritatem, ejusque inventæ voluptate perfuuros. Prædestinatus incipit infinitam gustare voluptatem perfuorem locupletissimi thesauri, quem nanciscitur in iugi contemplatione supremæ veritatis. Nullæ erunt ibi nubes in iis, quæ accident, cumque per beatam mortem ex misera vita hac egredietur, dies æternitatis, dies ille, quem nulla nox subsequetur, illi taliter affulgebit, ut tenebræ, & umbræ, quas in terris passus est, omnino finem sint habituræ; ut nihilum divitiarum terræ evanescat, & vacuum voluptatum fluxus huius vitæ repletur iis omnibus, quæ realia, & solida sunt inter voluptates æternas. Nullæ erunt amplius imagines, nullæ figuræ, nulla dubietas, nulla incertitudo, nulla obscuritas, tenebræ nullæ. Omnia dentur penderent; nihilque non verum, & non reale erit in vita, quæ ducetur in Cælo, ubi omnes terreni spiritus humani imaginationes omnesque inanes rationis idææ finem inveniunt. In sola veritate omnes immorabuntur, ut eam contemplerent, adoret, sese illi subsiciant, ac in ea omnem suam constituent felicitatem. Omnia mendacia, quæ in hac vita grassantur, & ipsi videres nostras impediunt, dissipabuntur, & ipsi videres rerum omnium veritatem in ipsa origine. Item tu veritatis donum, quæ ignorabatur, pretiosum do-

antiquam in Mundum venires; iterum, inquam, illam nobis gustandam in omni plenitudine ipsius in Cælo præbebis; ibi iterum nobis lux erit, ut inquit Propheta, in vita illa omnibus deliciis affluens. Quia in te non minima beati consistit felicitatis, mens quippe illius fatigata laboribus, quos pertulit in fallacibus objectis, quibus vita hæc septa est, in veris conquiescet. Ideo David dicebat, numquam se voti sui compositum futurum nisi omnino palam detexeret æternam hanc voluptatem in puritate gloriæ suæ, sine vitæ huius umbris, ac tenebris. Idem.

Hæc bonorum omnium congeries, quibus Cælum magno gloriæ die replebitur, nullum est finem habitura; hæc pax, hæc requies, hæc voluptates, hæc innocentia vita cum omnibus deliciis conjuncta, hi honores, hæc perfecta cognitio magnalium Dei, & maiestatis regni ipsius, hæc delitæ, quæ nihil optandum relinquunt prædestinato ad cordis, mentisque illius omnimodam satisfactionem; hæc omnia ex ingenti æternitatis thesauro aliquid hauriunt adeo reale, solidumque ut non solum a ori cum pace guserit hæc omnia per impressionem immutabilis caracteris status sui; sed non nisi per illam tranquille contenti simus huius beatitudinis, cuius peritio est immutabilis. Quenam letitiz causa videre seipsum proximum fonti gratiarum omnium inter omnes voluptates, & in cumulo omnigenarum deliciarum, citra mentem eas amittendi? hoc autem non oritur, nisi ex hac certitudine, quæ habetur, perfecte beatitudinis, & ex ea pace, quem beate æternitatis certitudo permittit. P. Rapin in Prædestinationum vita.

Parum esset, si spiritus, qui exiguis finibus continentur, cuiusmodi nostri sunt, prædestinatorum felicitatem assequi possent; hæc tanta est, ut cum omnibus luminibus nostris, cum omni fidei subsidio, spiritus nosse nihil de illius magnitudine comprehendat. Cum hoc sit perfectissimum operum tuorum, Domine, par est etiam, ut difficillimum sit quod comprehendatur, nobisque in beata illa gloria expectandum est aliquid toto celo majus, quam quidquid de illo cogitamus, atque speramus. Neque enim esse potest nisi aliquid incomprehensibile; erit enim extremus conatus virtutis dextere omnipotentis, qualis Dei est, ut tota fulgeat magnificentia in die triumphorum Filii sui: cum ille hauriet de plenitudine fontis infiniti supreme sapientiæ, & omnipotentis suæ thesaurorum gloriæ, quæ illi præparat. Quid si qui ab ortu cæcus est nequit in tenebris agnoscere, quod sit lumen, aliæque terræ ornamenta, quorum nullum habet conceptum; credimus ne mortalem comprehendere posse pulchritudines Cæli perfectissimas, & exquisitissimas, quarum nullam in spiritu habet imaginem? Quidquid olim Philosphi de hac felicitate commentati fuerunt, fecerunt conceptum suorum magnitudinem nil habet, quod sit cum ipsa hac beatitudine comparandum. Idem.

Dei Filius quatenus prædestinatorum caput, dignabitur cum illis regnum suum patris, quod ipse Discipulis suis pollicetur his Evangelii verbis: Ego dispono vobis, sicut disposui mihi Pater meus regnum: ita ut merces laborum ipsorum futura sit merces pœnarum admirabilis huius Salvatoris. In gloriæ ipsius, ut ita dicam, societatem ingrediuntur, honorum omnium illius participes fient, inestimabile pretium sanguinis ipsius pretium erit beatitudinis illorum, & beatitudinis eorum mensura eadem erit ac illa meritorum CHRISTI JESU. Hic est cumulus eorum, quæ dicit possunt de hac felicitate, quam fides promittit fidelibus, ultra quam nihil est, quod fingi, vel concepti possit. Ipse Mundi Salvator hoc nobis recepit, cum servus, qui sibi fideliem in modico præstiterat servitium, dixit, intra in gaudium Domini tulit. Idem.

Beati de Deo pleni de uno illo cogitant, primum illum admirabuntur, & adorabunt. Ille omnia omnium vota occupabit, omnes cogitationes, colloquia omnia, omnes animadversiones. In Cælo de Deo tantum verba fient, de admirabili Providentiæ ejusdem ratione, de incomprehensibilibus consiliis ejus, de impenetrabili eorum profunditate; ubi quid in sapientia illius divinissimum est semper cum supra illius bonitate coniunctum fulgebit. Nullus habebit sermo nisi de Magnitudine Regni illius, de perfectione ejus præstantia, de misericordiarum cursu, de attributorum pretio, de omnibus hisce objectis, quæ respiciunt ma-

Quantum augebitur prædestinatorum gloria omnium bonorum æternæ perfectione.

Tanta est beatitudo in celo felicitas, ut nullus humanus spiritus eorum comprehendere valeat.

Dei Filius patris regnum gloriam, & beatitudinem suam cum beatis in Cælo. Luc. 22.

Alia delectatio iugis beatitudo in celo in omnem æternitatem duratur.

71. 144.

majestatem gloriæ ipsius, & infinite magnificentie regi ejus, ut Propheta testatur: Generatio, & generatio laudabit opera tua: Potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt: & virtutem tuam terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantæ suavitatis tuæ exultabunt, & justitiam tuam exultabunt. Hæc pars erit occupationis prædestinatorum, cuius descriptio ita omnes excedit sermones, ut illi ipsi neque explicare poterunt, neque intelligere. Et licet supra perfectio laudes ipsas superet; illæ tamen, quibus beati Deum profecturum, adeo teneris benevolentie, gratique animi sensibus redundabunt, ut Deo semper future sint persequende. P. Rapin in Prædestinationum vita.

Quo gaudio afficiuntur beati cum palam videntur omnes divinitate Providentiæ thesaurorum omniumque veritates nostræ Religionis.

Quibus delitiis non perfruatur beatus in Cælo, cum detegere incipit magnas sancte Religionis nostræ veritates, quas nunquam satis bene fortasse cognovit, & investigare mysteria præcelsissimi, quibus illa redundat? Quoniam letitiz sensu non admirabitur æternam hanc veritatem, illam in ipso fonte colens, ac semper erudiens per singula de supra hac sapientia, cuius secretissimas arces palam intuebitur, postquam tandem sub mystico providentiæ velamento latuerunt? Quænam illius erit voluptas agnoscere errores, quos in terra dominari viderat, cupiditatem solam, vel fortæ mundo huic desinari? Quinam denique detegendi erunt illi thesauri in hoc inexhausto fonte omnium luminum, cum scrutabitur præaltas abyssi iudiciorum Dei de hominum satis? Undenam illud procedit admirabile discrimen, quod in eorum ortu deprehenditur; alius enim oritur Princeps, alius subditus, alius magno præditus ingenio, alius hoc destitutus; ille sanus, & robustus, hic gracilis, & infirmus; quod Salomon licet adeo perpicax, ac tot de sursum luminibus illustratus, intelligere non potuit. Idem.

Desiderium Cæli, quod est celestis Jerusalem.

71. 145.

Cælestis aula quam pulchra es! quam dilecta Domini tabernacula! Quam gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Me gaudium rapit; ecce sto angelus ad te Cælestis Jerusalem, præsolatus beatorum illud temporis momentum, quo ea, quæ mihi promissa fuerunt, adimpleverunt. Stantes erant pedes nostri in arvis suis Jerusalem, jam illuc ascenderunt Tribus Domini, amici ejus, testes irreprehensibiles, qui certum me faciunt de fidelitate promissionum illius, jam adierunt huius regni possessionem, mihi que dicunt me quoque cum illis ingressurum ad gloriam sancti nominis sui in æternum celebrandam. P. Segneri in Meditationibus suis.

Quam modo dico in pretio plerique Adilium habeat cælium.

Plerique fidelium adeo parvo in discrimine Regnum celorum intuentur, ut de illo ne cogitare quidem videantur. Hæc benedictionum regio, unde lacrymæ dolorique æternum exulant; celestis hæc civitas adeo desiderabilis ob solam pacem, quæ nullum finem est habitura, promissionem; hoc Palatium, cuius sola imago superat quicquid humana mens sibi fingere potest locupletissimum, ac magnificentissimum, felix ille dies, quem nulla nox subsequetur; hæc gloria, cuius fulgor nulla unquam nube obtenebrabitur, denique gloriosum hoc JESU CHRISTI regnum, ubi obtinebit Deus omnem suæ magnitudinis magnificentiam, & ubi divinitas ejus sine ullo integumento renidebit; hæc, inquam, omnia non majorem in hominum corde vim habent, quam si fabulosa essent, & commentitia, vel quam si hic gloriæ cumulus, qui illi proponitur, nomen esset inane. Videtur in anima christianorum regnare spiritum soporis pro rebus æternis, & regno Dei, similis profundæ illi ignorantie, quæ excæcat filios Israel & prohibebat, ne viderent mirabilia, quæ pro illis operabatur Deus, dum in Egypto morabantur, quemadmodum illis exprobat Propheta. Vis illa, qua visibilia, ac sensibilia appetimus bona, efficit, ut spiritualium, visibilibusque sensum amittamus, quasi spei adeo certæ nobis fundamentum non esset verbum veritatis æternæ, cum Deus nequeat non esse fidelis in celo iis, qui eidem fideles fuerint in terra. P. Rapin in vita Prædestinationum.

Nihil perturbare potest Christiani qui meditati est, & gustavit veritates

& maximæ consolationis suæ argumentum convertit. Passiones, pœnæ, dolores nequeunt amplius cor ejus turbare, quia illud occupat Deus dulcedinem promissionum suarum; cumque coeli amore, ac desiderio teneatur, terram fastidit. Tunc fides, de qua illi persuasum est, ab illo hanc elicit confessionem; quidquam in mundo bonum est, ac divitiarum, non esse Deum, veram esse paupertatem, quemadmodum S. Augustinus dicebat profundo veritatum æternarum sensu percitus. Omnis copia, quæ Deus non est, mihi egestas est.

Nihil majorem habet effectum in hominis Christiani cor ad illud in ea procella confirmandum, cui misere vite suæ status illum obicit, quam cogitatio æternitatis. Nulla in spiritu ejus assurgit turba, quæ vel unico sanctæ huius spei radio non dissipetur; omnia sunt illi tranquilla, ubi occlus atollit in Cælo: Nulla est querimonia, quam cogitatio ista non iugulet; nulla sollicitudo, quam non mulceat, nulla impatiencia, quam non superet, nullus dolor, quem non leniat, nullæ lacrymæ, quas non detergat, nullum murmur, cui silentium non inducat; quicumque casus accideret possit homini in vita huius tribulationibus. Nihil amarum est, quod in æternorum bonorum expectatione dulcescat; & expectatio hæc est malorum omnium medicina; cuius rei tellem habemus Sanctam illius Martyris matrem, de qua Ecclesiastica loquitur historia, quæ ut dilectissimum filium inter cruciatu confortaret, indefinenter sibi illi: Nate, memento vitæ æternæ; Cælum suscipe, regnantem istucere. P. Rapin in vita Prædestinationum.

Conatus, quos exerit S. Joannes in Apocalypsi sua, ut nobis gloriam Beatorum exhibeat, licet animati sint spiritu Dei, quo plenus est, infirmæ sunt veritates huius imagines. Quod ait, se ab Angelo translatum fuisse in montem excelsum, ut videret omnem cælestis huius Jerusalem pulchritudinem; soliditas fundamentorum ejus, quæ prædicat, portarum illius magnitudo; murorum firmitas, ambitus latitudo; aurum, lapideque pretiosus, quibus edificata est; fulgor, quo circum est septa, & qui tantus est, ut non sit illi opus Sole quo illustratur; gloria Dei, quæ illius lumen futurum est, & Agnus: qui illi erit pro lucerna; denique objecta omnia adeo magnifica, quæ Apostolus adeo fide nobis describit, imbecillia sunt vestigia magnificentie, & decoris ineffabilium pulchritudinum quibus aula hæc ornata erit, quod Prophete locum dedit dicendi. Gloriosa dicta sunt de te Civitas Dei! P. Rapin in vita Prædestinationum.

Magna profecto esse debet illius confessus Sanctorum in ea gloriosa sede felicitas, admirabilis inter illos consensio, qui illum confabunt. Omnes immutabili pace fruuntur sine ullo discrimine, sine ulla cum quovis diffensione, cuius pax illa, quam Propheta populo Dei pollicebatur, umbra tantum est cum omni assensu, & divitiis cum quibus illam pollicebatur. Pax hæc omnino celestis una erit ex vite alterius beatitudinibus; cum pax divini Regni huius sit, quemadmodum illam definit Sanctus Augustinus, perfecta, & uniformis consensio ad Deum tranquille possidendam, & ad semet invicem in Deo possidendos, qui, ut Apostolus inquit, est totus in omnibus, & omnibus omnia. Singulæ erunt conjuncti, tamquam vivi lapides ejusdem edificii, ut loquitur Apostolus, qui sese invicem sustentent super idem fundamentum collocati, ad templum simul constituendum, ubi Deus æternum honorificetur. Singulorum anima ita patebit singulis, ut nulla videatur sententia, votorum, consiliorum, atque intentionum varietas, sine ulla suspitione, sine invidia; omnes enim animati erunt eodem spiritu, quandoquidem omnes amore Dei erunt repleti. Quæ autem erit beatorum omnium consolatō, habere simul omnes eadem desideria, mentem eandem, eodemque sensu! & si primorum fidelium vita adeo suavis erat, quia omnibus unum cor erat, & anima una, quemadmodum S. Lucas testatur, quanto suavior erit vita prædestinatorum, qui omnes eodem spiritu erunt animati! Heu! Si mihi non desissent locutiones satis patheticæ, & energetice, ut vobis describerem jucunditatem harum amicitiarum castarum, atque spiritualium, quæ locum habebunt in Cælo, ubi spiritu dumtaxat amabitur, & ad explicandas affectiones illas sanctissimas, quibus Beati sese invicem complectentur. Idem.

Bonorum æternorum cogitatio veri Christiani cor, animam, quæ confortet.

descriptio Cælestis Jerusalem.

Admirabilis consensio inter Beatos in Cælo.

Si amicitia sincera, honesta, fidelis, innocens semper rotam constituit vite hujus suavitatem; quem fructum beati percipient ex illis amicitias spiritualibus, quae habentur in Caelo cum his omnibus circumstantiis conjuncta? & si amicus tuus, & fidelis efficere potest alium hominem felicem, quantum erit aeternae vite beatitudo, ubi Beati omnes erunt veri amici! Beati subditi imperio adeo placato, ac tranquillo, ubi omnes aeterna pace fruuntur. Quae autem praedestinatio erit gloria versari inter haec honoris vasa, quae manu sua effinget Deus futura ornamento adibus illis admirabilibus, ubi aeternam mansionem habebit? Namque ex S. Augustini sententia quilibet praedestinatus capiet, sentietque omnem laetitiam alterius praedestinati, atque tot habebit hujus gaudii socios, quot suae habebit beatitudinis. *P. Rapin in vita Praedestinatorum.*

Præter generalem hanc pacem, quae æternam Beatorum corda conjungit, aderit etiam pax peculiaris singularum cum seipso, per quam possidebit se ipsum dominans sibi, & omnibus motibus animi suae. Haec erit pax corporis solum, & spiritus, & utriusque facultatum; pax cordis, desideriorum, omnium sensuum; & pax hæc spiritum inter & corpus cumulat sensus universalis in rebus omnibus oblectatione. Ita nulla erit ultra perturbatio in voluntate, nulla in appetitu resistencia, nulla sollicitudo in imaginatione, nullus tumultus in intellectu, nullum in exteriori sensu vitium; peccatum enim, quod est omnium malorum nostrorum origo, non erit amplius. Omnia nova erunt in hoc regno gloriae, & ejus novitatis, quae pretium ejus perficiet. Sicut omnia terrae gaudia nullam habent cum gaudio Beatorum rationem, & comparationem, quod omnino perfectum est; eo quod omnia in se complectitur gaudia; affecti potest nullum nisi in Caelo purum gaudium adesse, ac neminem non nisi illis fore contentum; ubi invenitur complementum omnis sui, & universalis votorum omnium satisfactio; gaudium denique in omnibus circumstantiis suis completum per privationem mali cuiuslibet, & cuiuslibet boni perfruitionem. De hoc ita Dei Filius loquitur ad Discipulos suos, ut gaudium vestrum sit plenum. *P. Rapin in vita Praedestinatorum.*

Virtus operationis interioris Spiritus Sancti, qui essentialis læticia est, & consolatio in Beatorum corda omnem secretissimum favorum illius suavitatem infundit. Hæc nubes, quibus obnoxii sunt pulcherrimi nostri dies in terra, non videbuntur amplius in caelo, & praedestinatus qui non poterit amplius affici ineptis fluxisque vite hujus oblectamentis, purissimas tantum alterius vite suavitatis gustabit. Valetudo semper constans in illius corpore regnabit per perfectam sensuum integritatem, & pax immutabilis sese in animam ejus effundet. Non erit illi cor nisi ad amandum Deum, non mens nisi ad illum admirandum, non os nisi ad laudes illius æternam celebrandas. Anima ejus luminis puritate, perfecta cognitione, intellectus sublimitate, comprehensionis facilitate illustrabitur, quibus nihil erit simile in hac vita, ubi trahimus corpora omnibus obnoxia miseris humane fragilitatis, & ignorantie, quæ vix, & ne vix quidem numero carent. *Idem.*

Videamus quam futura sit æterna Beatorum in Cælis occupatio. Hæc erit omnem spiritum suum in eo collocare, ut Deum cognoscant, atque intelligant, omnem suam voluptatem, ut illum amore prosequantur, omnemque gloriam, ut illum mandata capeant; erit de uno illo cogitare, ad unum illum contendere, illum benedictionibus cumulare, quæ semper voluntate gaudebunt, quia novis semper gratis cumulabuntur. O sanctum negotium! Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te, inquit Propheta; quia ubi comprehenderit infinitam Dei magnitudinem, supremamque illius potestatem; tanto huic obiecto dumtaxat vacabit. Os eorum, quod æternum clausum erit laudibus hominum, æternum patebit laudibus magis hujus Dei; hoc erit elogium misericordiarum ejus, quod non cessabit unquam hæc gratiarum actio nunquam intermittenda. Praedestinatus infinitis affectu beneficiis, quæ a Domino recuperent, & illis, quæ incessanter recipiunt, recipientque, grati erga tot largitates, quibus illos Dominus cumulare oblectabitur, in id erunt intenti, ut suum profiteantur grati animat-

Quænam erit occupatio Beatorum in Cælo.

Tal. 8.

lectum, quocumque modo poterunt, & fugi obsequio, & observantia, quam eidem præstant. *Benedictus Deus, dicitur cum Principe Apostolorum, & Pater Domini nostri JESU CHRISTI, qui secundum misericordiam suam magnam regeneravit nos in spem vivam per resurrectionem JESU CHRISTI ex mortuis in hereditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcescibilem conservatam in Cælis. Idem.*

Post ea, quæ a nobis dicta sunt, ne queramus ultra vocabula apta ad significandam præexcellenciam, ac pretium mercedis illius, quæ in Cælo nos consecuturi speramus; non enim aliæ inveniri possunt imagines, non aliæ figuræ, non verba ad illius magnitudinem significandam. Omnes conceptus, quos nobis fingere possumus, & omnes locutiones, quas imaginatio nostra nobis suppeditare potest, exhaustæ jam sunt per ea, quæ hæcenus diximus. Inde enim liquet, nos Deo plenos futuros spiritu illius cumulandos esse, nobisque cum Filio ejus gloriæ suæ plenitudinem esse partendam. Ita gaudium nostrum, nostre voluptates, deliciae nostræ erunt gaudium, voluptates, deliciae JESU CHRISTI singuli praedestinati habebunt felicitatem parem desiderio suo, quod non poterunt cupere aliquid ultra ea, quæ possidebunt, possiderit debentes quicquid Dei Filius a Patre suo meritis est: quæ omnia sicut in silentio spiritus, ubi cumulus beatitudinis illorum apparebit in tota plenitudine gaudii, & tranquillitatis eorum. Quod tunc acciderit, cum Deus illos cumulans gloria sua eosdem fecerit similes sibi, ut patres sint suscipiendis divinis communicationibus, omnibusque celestibus operationibus. *Idem.*

Æquumne esset, Regnum illi simile, quod hæcenus vobis exhibui, æternitatem, cujus pretium satis æstimari non potest, gloriam adeo completam, mercedem denique pretii infiniti, gratis donari? Nam minus est nihil id, quod plerique infideles faciunt, ut illum promeantur. Et revera ad id quid sit? traducitur vita in his comparandis, quæ brevi sunt duratura, & nullo in discrimine habetur bonum solidum, ac permanens, cujus finis nullus futurus est. Momentanea voluptas, levis, & fluxa utilitas efficit, ut nihil inane, ac intentatum relinquamus eadem perfructuri, hæc autem voluptas, æternamque negotium hoc, quod nobis proponit fides, nos ne affici quidem. Tanquam fascinati amantes terrenorum bonorum vanitatem consecuturi; & hæc Cælestium bonorum plenitudo, quæ adeo solida est, nullam fere in cordibus nostris efficit impressionem. Umbra pro corpore amplectimur, & relinquimus veritatem, ut mendacio occurrerem. Non nisi carnalibus oculis, & anima profertur terrestri respiciamus Cælum, nimis facile nosmet tridentes sensuum nostrorum erroribus, ut alius illius imagines nobis proponamus. Ubi ratio est, ubi iudicium, inquit Propheta, in perveritate discretio, & in perturbatione mentis adeo deplorabili? Hoc non est illud, quod fidei prudentia nobis suadet, cum ait, preferendum esse quod æternum est, perituro; quocumque fulgore nitet id, quod est finem habiturum. *P. Rapin in vita Praedestinatorum.*

Meminerimus nihil magis sanctificare Christianum, moreque illius emundare, quam supremi boni meditationem, jugemque rerum æternarum cogitationem; quibus mentem plenam habere non potest quin fastidiat, atque aspernetur res fluxas, ac fragiles; sed, quod præcipuum est, non anhelamus ad gloriam hanc alterius vite requiem, nisi postquam nosmet in vite hujus laboribus exercuerimus; etenim non nisi pacate ferentes vitæ hujus mortales tenebras in immortalitatis lumen ingredimur; non nisi per prælia victoriam acquirimus, & per crucem ad salutem æternam pervenimus. Dei Filius toto vite spatio crucem tulit suam; per crucem nos illum sequi jubet, & hoc tantum pretio virtutem nobis comparandam proposuit. Cum de Cruce, & de Sepulchro egressus est, visus est gloriosus Apollolis suis, ut intelligerent, per hoc dumtaxat illos promoveri posse mercedem, neque aliam superesse viam, quæ ad eum ascendere possint. Ille calicem bibit, ut ipsi ejus exemplo illum bibere perciperemus; & quomodo illum non bibamus, postquam ab hoc divino Magistro didicimus, nos animam odisse debere, ut illum salvemus? Non nisi profecto per tribulationes victoriæ hujus pretium refer-

Continuatio ejusdem argumenti.

Hoc reges hæc gloria hæc æternitas nos datur gratiam. Quid faciemus ad illam acquirendam.

Sequitur idem argumentum. Quid faciemus ad illam acquirendam.

tur, ad quod nobis contendendum est; & quis auderet alia via ad gloriam pervenire, quam per eam per quam corona immarcescibilis, quod olim faciebant Ethnici, de capite ascebat; postquam illum promeriti fuerant. Christiani Magnanimitas longius procedit, atque ad majora fertur. Terzæ contemptus, ubi Cælum intuetur, elevat cor illius eumque invitum præbet is omnibus, quæ in sæculo magna sunt, & delectabilia. Hæc est, Apostolus inquit, victoria fidei, quæ sola de mundo, deque deliciis ejus triumphat, ostendens Christiano tamquam præterita, quæ præterent, & tamquam præsentia ea, quæ futura sunt, abjectam, atque contemptam dignum exhibens, quod temporale est, inficitur cum eo, quod æternum est comparatione. Hic fuit Ecclésiæ spiritus in ipsis illius incunabulis; hic sensus erant illius; & tunc solum inæpuit virtutibus decrescere, cum cepit crescere in amore terrenarum divitiarum, celestium oblitus. *Pater Rapin in vita Praedestinatorum.*

Ad quem perfectionis cumulum non elevatur hæc fidelium magnanimitas, cum abjecto inaniter rerum errore, fallaciumque deliciarum persequi veras dumtaxat inquirunt; & occupati supremi boni cogitatione, quod interdu, nocturne meditantur, & quod jugiter ob oculos sibi propositum habent, ut sele excitent ad fidelitatis suæ perseverantiam, animos inducere nequeunt ad amandam vitam huic similem, ubi ne ullum quidem momentum est, quo frui possimus cum aliqua specie tranquillitatis! Ideo exilibus radiis omnium humanarum felicitatum in corde illorum evanescentibus, nulla fovet amplius desideria nisi pro æterna illa pace, quæ efficit, ut Deo perfruantur omnibus seculis, quin metuant, ne de beata illa perfruitione deturbentur; postquam per fidem didicerit vitæ hujus bona esse mala, & mala esse bona amantibus Deum in æternitatem. *Idem.*

Flectamur ad intuitum celestis hujus patriæ, quam nostra nobis promittit religio: gemamus, suspiremus, lugeamus propter nimiam illius felicitatis, quam speramus, moram; & sæpe cum Sancto Propheta dicamus: *Eduz de custodia animam meam ad contendum nominis tui: me expectant justi donec retribuas mihi; iusti me prætorantur, ut in eorum societatem ingrediar, cum mihi retribuas mercedem illius beatitudinis, ad quam illi pervenerunt. Sed illam etiam optemus pro gloria Dei æque ac pro nostra salute, ut patres simus, qui illum glorificemus per cordium nostrorum puritatem omnino liberati a servitute peccati, & a pondere corruptionis illius, sub quo plorabamus. Hic vere est praedestinati carader, lacrymis, suspiriis, ejaculibus, & gemituum profunditate significare sumam impatentiam, quæ festinant ad Deum, ut illum possideant, ne illius gloria perfruantur in superna beatæ æternitatis requie. *P. Rapin in vita praedestinatorum.**

Hoc sane mirum est; homines Christiani malent æternum vivere in terra, quam in Cælo æterna beatitudine perfrui; sed modicum hoc vitæ, quam habemus in terris, licet breve, molestum, fragile, fluxumque sit, illud æternæ felicitati vite future persequemur. Duo nugarum dies efficiunt, ut oblivioni demus hanc infinitorum bonorum cumulum; licet insipide sint voluptates ineffabilem earum deliciarum gustum nobis præcipuum præstent. JESUS CHRISTUS ascendit nobis in Cælo sedem paraturus; nam solliciti sumus, num festinamus illum occupaturi? Num-

Nobis suspirandum est ad æternam felicitatem nobis destinatam. Tsal. 141.

De creaturarum desiderio, quæ perperam malent; æternum in terris, quam in Cælo habitare.

quid Cælestem hanc Jerusalem ardenti desiderio prosequimur? Abjctam sane habet, opus est, fidem, qui tantopere exili hujus loco delectatur. *Pater Croiset in Exercitationibus Asceticis Tomo 4.*

Nil est, quod eorum felicitatem in Cælo perturbet, Felicitatem, quam possident, admiramur, ut etiam atque etiam illius desiderium excitemus in nobis. Laudamus, & prædicamus quod illi fecerunt, & passi sunt ut ad eam pervenirent, ut nobismet animos faciamus ad eos imitandos, & ad ingrediendas vias, quas nobis straverunt. Qui enim, Sanctus Chrysolomus merita venerat, religiosa charitate Sanctorum gloria concelebrat, illorum iustitiam, morumque sanctitatem debet imitari. Hac laus illis accepta est, utilis nobis. Præsto sunt, ut in illa nobis suffragentur, & acta suffragantur, orantes, ac intercedentes pro nobis apud illum, quem nunc facie ad faciem inveniunt. Hoc & Angeli faciunt per Ministerium, quod Dei iusti pro nobis exercent. Illi nihil cupiunt nisi nos tandem suæ beatitudinis consortes, & socios habere. *Toussieux in anno Christiano Tomo 2.*

Quodnam discrimen inter humanam gloriam, & eam, qua Sancti in omnem æternitatem perfruentur, quæ eo præfiosior, solidiorque est, quo humana magis est inanis, & contemptibilis; quoniam utriusque insunt qualitates omnino contrarie. Electorum beatitudo conjundum habebit spiritum societatis, & unionis. Omnes se invicem cognoscent, invicem amabunt. Omnes Deum glorificabunt per gratias, quas singulis contulit: ita cuiuslibet electi actiones bonæ perspectæ omnibus erunt electis, eruntque omnibus singillatim causa lætitiæ, laudum, & gratiarum in æternum agenda. Projicient omnes coronas suas ad pedes Agni, neque suas tantum, sed illas etiam aliorum omnium; neque enim dumtaxat glorificabunt Deum in seipsis, sed in omnibus etiam Sanctis, illi in æternum canentes: *Mirabilis Deus in Sanctis. Psalm. 67.*

O gloriam vere solidam electorum Dei! gloriam, cujus fulgor persundioris non est! gloriam stabilem, atque æternam! gloriam, quæ non contineatur in exiguo numero rudium, invidiorumque mortalium, sed quæ tot est habitura testes, quot futuri sunt celestis Jerusalem civis; gloriam quæ non posita est in inutili, atque temeraria approbatione hominum, qui illum ignorant, & non convertuntur; sed quæ sita est in gaudio plurimarum animarum sanctorum, numero carentium, quæ in lumine veritatis corda nostra introspectent. *Ex Speciminibus Ethicis.*

Quemadmodum omnes Dei perfectiones longissime omnes conceptus nostras arctissimeque mentium nostrarum capam excedunt; ita beatitudo, quam nobis promittit, infinitis spaciis excedit quicquid ipsi dicere possumus, & cogitare. Quo magis illam detegere aditumur, eo magis a nobis ignorari viderur. Similis est thesauro, inquit Filius Dei, sed thesauro abscondito: *Simile est regnum Cælorum thesauro abscondito. Manna est, inquit Sanctus Joannes, sed manna absconditum; Est affluentia divitiarum, inquit Propheta, sed latentium. Plenitudo est gaudii, Sanctus Petrus ait, sed hoc gaudium sentiri potest, explicari non potest. Ad quam igitur redacti sumus necessitatem, Sanctus Augustinus inquit? nunquam dicere possumus quid sit hominis bonum, & nihilominus nobis tacere non licet. Illud comprehendere non vallemus, & nihilominus de eo loqui debemus, illudque fidelibus proponere tamquam promissam a Filio Dei laboribus eorum mercedem. *Morales Animadversiones Tomo primo.**

Perquam Sanctus in honore habemus, qui eorum sequimur exempla.

Infinitum fore discrimen inter mundanorum gloriam, & electorum, in quo illud sit.

Sanctorum beatitudo bonus effectus adeo præfiosus, ut illud concipere nequeamus.

Matth. 13. Apocal. 2.